

— — presentem paginam conscriptam sigilli nostri appositione precepimus insigniri et testium adhibitione roborari, quorum nomina sunt hec: Iohannes prepositus ecclesie Fritslariensis. Adhelhelmus decanus. Lodowicus scolasticus. Henricus cantor. Henricus custos et alii fratres iam diete ecclesie. Gunpertus in Geismar prepositus. Bruno in Wizenstein prepositus. Nycholaus de Hersuithehusen et Nycholaus de Cappella abbates. 5 Hermannus Thuringie lantgravius. Fridericus et Henricus de Cigenhan et Wolewinus de Novo Castro comites. Isfridus de Heiligenberg. Wernerus. Conradus et Helyas de Bruninchusen. Ebrardus de Gûdenburg. Wernerus de Bischouishusen. Helleu vicus de Rusteberg vicedominus. Rathbodo de Cenre. Godebertus de Diedenshusen. Henricus in Fritslar scultetus. Gerlacus advocatus et alii tam laici quam clerici numerosi, quorum 10 testimonio et auctoritate dei omnipotentis beatorum Petri et Pauli apostolorum domini Celestini et nostri omnem iniuriosum predictae ordinationis attemptatorem perpetuo subiecimus anathemati. Facta est autem hec concessio in manus dilecti nobis in Christo filii Godeschalci abbatis supra dicti monasterii anno dominice incarnationis M. C. XC VI, indictione XIII, domno Celestino papa apostolice sedi presidente, Henrico sexto gloriosissimo Romanorum imperatore Romanum imperium et regnum Sicilie feliciter gubernante. 15

(S.)

12.

Landgraf Hermann bestätigt die Schenkung des Heinrich von Helderungen betr. das Patronatsrecht über die Kapelle in Rossbach an die Kirche St. Moritz zu Naumburg. 1196. 20

Hilschr.: Or. Perg. Ernestin. Archiv Weimar. Reg. Oo. S. 763 No. 7. S. an Handschmur = Tafel XI, 5. Phot. II. St. A. Ann.: Die Jahreszahl ist corrigirt; da der Landgraf erst in den Jahren 1211—16 mit dem hier verweuleten Stempel siegelte, so dürfte das Rechtsgeschäft auch erst in diesem Jahre zu Abschluß gebracht sein. Die Indiktion 13 paßt zum Jahr 1195.

Hermannus dei gratia comes Thuringie et palatinus Saxonie omnibus Christi 25 fidelibus in | perpetuum. Quoniam quidem longinquitas temporis errorem consuevit inducere oblivionis, | ideo facta memoranda sollempnitate scripturarum firmata ad noticiam poste|ritatis sunt transmittenda. Inde est, quod auctoritate presentium notum esse volumus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod Henricus de Helderungen 30 vassallus noster duas partes iuris patronatus capelle in Rozpach pietatis intuitu communi 30 consensu heredum suorum in perpetuum ius contulit ecclesie beati Mauritii martiris in Nuenbûre. Ne itaque hoc factum sub noticia multorum sollempniter celebratum futuris temporibus alicui veniat in dubium, presentem paginam inde conscribi et sigillo nostro roborari fecimus. Testes huius donationis sunt. Gerlagus de Helderungen frater predicti 35 Heinrici. Reinhardus prepositus. Adolfus. Gebehardus. Cristanus. Dithleibus. Herbortus. 35 Gebezo. Marquardus. Ditericus. Henricus. Bertholdus. Godefridus. Hugo. Hermannus. Anno sacerdos et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. C. XC VI. a), indictione XIII.